


# Gospel for Septuagesima Sunday

Tonus evangélii

**D**

Ominus vobíscum. Rx. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti



Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. Rx. Glóri-a tibi Dómine.

**I**


-n illo témpore: Dixit Jesus discípu-lis su-is parábolam hanc: Sími-le




est regnum cælórūm hómini patri-famí-li-as, qui éxi-it primo mane con-



dúcere operári-os in víne-am su-am. Conventi-óne autem facta cum operá-




ri-is ex denári-o di-úrno, mi-sit e-os in víne-am su-am. Et egréssus circa



horam térti-am, vidit á-li-os stantes in foro oti-ósos, et dixit illis: I-te et





vos in víne-am me-am, et quod justum fú-erit, dabo vobis. Illi autem abi-





é-runt. I-terum autem éxi-it circa sextam et nonam horam: et fecit simí-



 li-ter. Circa undécimam vero éxi- it, et invénit á-li-os stantes, et di-cit il-



 lis: Quid hic sta-tis tota di-e oti-ósí? Dicunt e-i: Qui-a nemo nos condú-



 xit. Di-cit illis: I-te et vos in víne-am me-am. Cum sero autem factum es-



 set, di-cit dóminus víne-æ procuratóri su-o: Voca operári-os, et redde illis



 mercédem, incípi-ens a novíssimis usque ad primos. Cum veníssent ergo


 qui circa undécimam horam vénérant, accepérunt síngulos denári-os. Veni-



 éntes autem et primi, arbitrá-ti sunt quod plus essent acceptúri: acce-


 pérunt autem et ipsi síngulos denári-os. Et accipi-éntes murmurábant



 advérsus patremfamí-li-as, dicéntes: Hi novíssimi una hora fecérunt, et



pares illos nobis fecísti, qui portávimus pondus di-é-i, et æstus. At ille




respóndens uni e-órum, dixit: Amíce, non fáci-o tibi injúri-am: nonne ex




denári-o convenísti mecum? Tolle quod tu-um est, et vade: volo autem et



hu-ic novíssimo dare sicut et ti-bi. Aut non licet mihi, quod volo, fáce-



re? an óculus tu-us nequam est, qui-a ego bonus sum? Sic erunt novíssi-



mi primi, et primi novíssimi. Multi enim sunt vocá-ti, pauci ve-ro e-lécti.